



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Capvt X. (a) Idem Constantinopolit. Patriarchæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

NOTÆ.

1. (a) **R** *Agusino.*] Ita etiam legitur *sub hoc tit. cap. 1. in 3. collect.* Ragusinenſis Eccleſia

fuit Archiepiſcopalis in Sclavonia, Metropolis Illyrici, habens ſuffraganeas Eccleſias Stanenſem, Boſonenſem, Tribunienſem, Biduanenſem: refert Carolus à ſancto Paulo in *Geograph. ſacra, ad finem fol. 18.*

CAPVT X.

(a) Idem Constantinopolit. Patriarcha.

INter quatuor animalia. *Et infra:* De clericis autem, qui Eccleſias, vel præbendas ſibi conceſſas, ſine juſta, & neceſſaria cauſa, tuo præſertim non accedente conſenſu in hac deſerunt (b) novitate, hoc tibi duximus reſpondendum, quod poſtquam congruo tempore fuerint expectati, niſi redierint ad illas, poſſunt eis juſte priuari, dum modo non ſint juſto impedimento detenti.

NOTÆ.

1. (a) **I** *Dem.*] Ita etiam habetur *in 3. collect. sub hoc tit. cap. 2.* epigraphen autem hanc expoſui *in cap. inter, 2. de majoris. & obed. & integram*

epiſtolam retuli *in cap. inter, de cleric. peregrin. (b) Novitate.*] Cùm videlicet Conſtantinopolis capta fuit à Latinis, ut retuli *in dict. cap. inter quatuor, & fuſè narrat Boſquetus in geſtis Innoc. III.*

CAPVT XI.

(a) Idem Archiepiſcopo Patraccenſi.

EX tua devotionis inſinuatione recepimus. *Et infra:* In Eccleſiis autem eorum, qui ſe fraudulentè abſentant, nec ad ipſos valet citatio pervenire, trinæ citationis edictum facias publicari, & ſi nec ſic curaverint obedire, ſi ultra ſex meſes ſuas deſeruerint Eccleſias, ut juxta canonicas ſanctiones eis debeant meritò ſpoliari. Contra eos quoque, ſicut ſuprà dictum eſt, etiam procedatur, ut ipſos poſt ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ad tuam obedientiam venire compellas. Quod ſi nec ſic illorum malitia poterit emolliſi, eos dil. f. B. tit. ſanctæ Suſannæ preſbyter Card. Apoſt. Sed. Leg. ab ſpiritualium adminiſtratione removeat, & quibus præſunt Eccleſiis, de perſonis idoneis faciat provideri, & in eos degradationis ſententiam non promulget, ut cum eis miſericorditer, ſi expediat, facilius agi poſſit.

NOTÆ.

1. (a) **P** *Patraccenſi.*] In hac ſexta collectione legitur *Panormitano, & D. Rochus Pirrhoto. 1. Sicilia ſacra, in Eccleſia Panormit.* exiſtimat Innocentium III. in præſenti ſcribere *Panormit* Archiepiſcopo *Panormit.* ſed veriùs credo, legendum eſſe *Patraccenſi*; unico, & magno ductus fundamento; nam Benedictus Cardinalis tituli ſanctæ Suſannæ, cujus mentio fit in præſenti, temporibus Innocentii Legatus S. A. degebat in *Patraccenſi* Metropoli, non verò in *Panormitana*, ut ex geſtis Innocentii III. ſtatim referendis apparebit. Unde cum *Patraccenſi* Archiepiſcopo alloqui Innocentium in præſenti neceſſariò deducitur. *Patras* civitas, *Pauſaniæ* & *Stephano* teſtibus, priùs *Arce*, dicta eſt, recenſeturque inter primas urbes *Achajæ*; ſed ejectis *Jonibus* ab *Achais*, *Patreus* *Preugenis* filius, *Ageronis* nepos, qui ab *Amycla* & *Lacedæmone* majores deducebat, à victo *mœnium* ambitu hanc de ſuo nomine *Patras* appellavit. Situs ejus eſt in longiſſimo *Peloponnèſi* præ-

montorio, ex adverſo *Ætolie*, & *Eveni* fluminis; maximèque apud antiquos fuit celebris ex martyrio *D. Andree* Apoſtoli, qui ſub *Ægea* Proconſule apud eam paſſus eſt; nec non ex Sede *Metropolitana*, quam in ea olim fuiſſe evidenter probat notià *Conſtantinopolitana* prædicta apud *Leumclavium*; ſiquidem in ejus ſine inter *Metropoles* à Romano Patriarchatu ab ipſis avulſas, *Conſtantinopolitano*que ſubditas recenſetur. Sed longè priùs ad hunc *Metropolis* gradum, ſaltem quoad honorem, eventam eſſe, non leviter conſicio ex catalogo *Metropolitaram*, ad quos ſcripſit *Leo Imperator*, qui in ſine *Concilii Chalcedonenſis* extat, in quo *Patraccenſem* *Episcopum* inter eos videre eſt. Hunc inter ſuffraganeos *Metropolitæ Corinthiorum*, *epiſtola ſynodica* *Achajæ* ſubſcripſiſſe non diſſiteor; ſed quamvis ex hoc factis clarè probeatur, eum ſuffraganeos non habuiſſe hujus *Concilii* tempore, nihil tamen obſtat, quo minus inter *Metropoles* honorarios locum habere, qui tunc *Corinthiorum* vero *Metropolitæ* parebant; & inter ejus ſuffraganeos